



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. VII. Eleemosyna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Ottone II. institutam communis Dd. calculus comprobatur. Abbas Spanheim, in Chron. & Abb. Stadenf. Johan. Bapt. Egnat. in vita Ottonis III. Huld. Mutt. lib. 14. Chron. Germ. Blond. lib. 3. dec. 2. Jacob. Bergam. in suppl. ad ipsum Blond. Platina in vita Gregorii V. Johan. Wolff. cent. 8. rer. memorab. Jacob. Wimpheling. cap. 10. epit. rer. Germ. Boeckel. de publ. iud. disquis. IV. p. 35.

CAP. VII. Eleemosyna.

Axioma I.

Eleemosyna de re aliena facienda non est, cap. sicut dignum. §. eos. de homicid. cap. eam te. de iurejur. cap. 2. ubi lat. gloss. & cap. eleemosynam 14. quest. 5. Menoch. 2. arb. iud. cas. 182. n. 44. sed de suo & superfluo. Qui enim vult Eleemosynam ordinatè dare, incipiat à seipso, cap. qui vult. dist. 3. de penit. juncta gloss. in verb. se ipso. & gloss. in cap. si non licet. in verb. semetipso 23. qu. 5. per l. si servandum 14. ff. de prescript. verb. l. si quis sumo 49. ff. ad Leg. Aquil. gloss. in cap. petitio. in verb. specialibus de iurejur. Arnul. de Majest. cap. 1. n. 13. lib. 1.

II.

Eleemosynæ & sacrificium non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere, cap. scriptum 14. p. 5. Honthem. 2. de art. Notar. c. 41. n. 10.

Eloquentia v. Infr. Facundia.

CAP. VIII. De Elusione.

Qualibet conventio ita debet interpretari, ne in unius vel alterius contrahentis potestate sit eam reddere elusoria, l. 83. §. 1. de verb. oblig. quod non modò in conventionibus procedit, sed vel maxime locum obtinet in sententiis, decretis, Edictis, Imperio pratoris, cuius auctoritati interest, ne fiant elusoria. l. 75. de iudic. t. ult. §. ubi autem. Cod. de bon. qualib. l. fin. ff. Ne quid in loc. publ.

CAP. IX. De Emancipatione.

Axioma I.

Emancipatio est honor, §. hoc quoque 2. Instit. per quas personas cuique acquiritur, ibi: quod & honoris & beneficium. l. n. in princ. ff. si quis à parent. manumiss. fuer. l. 7. ff. ut legat nom. Harprecht. in comment. ad Instit. d. §. hoc quoque num. 2.

II.

Emancipati liberi non sunt sui heredes. l. 7. de capit. minut. §. Emancipatos 3. Instit. de Exhered. liberor. Emancipatus enim nomen filii in emancipatione amittit. l. 6. de senator. & per talem capitis diminutionem definit agnatus esse, cum cognatus remaneat. §. Emancipati 9. Instit. de hered. qua ab intest. deser. §. fin. ff. de legit. agnat. tut. l. sed cum patrono 6. §. 1. ff. de bon. poss. atque

pro extraneo habetur. l. unic. §. extraneus. C. de rei uxor. a. 7. quæ procedunt de iure civili, non. verò de iure pratorio, vigore enim huius connumerantur suis heredibus. d. l. 6. §. 1. ff. de bonor. poss. Vid. Bocer. in comm. ad Instit. de hered. Instit. & exhered. n. 12. p. 324. Unde etiam in statuto favorabili eum dici posse agnatum, licet propriè non sit, asserit Valsq. lib. 2. contr. iur. c. 39. n. 10.

III.

Quoties agitur de relinquenda seu deferenda hereditate, toties inter suos & emancipatos nulla est differentia, quia juxta Novell. 115. cap. 3. tam sui quam emancipati heredes instituendi aut exheredandi, sicut & æqualiter ab intestato succedunt.

IV.

Quoties agitur de acquirendâ & transmittendâ hereditate, toties adhuc inter suos & emancipatos est differentia.

Ratio: quia sui ipso iure heredes sunt, & hinc etiam hereditatem non aditam ad quosvis heredes transmittunt. §. 2. Instit. de hered. qualis & differ. Emancipati verò aditione opus habent & sic antea hereditatem non transmittunt. l. 8. C. de suis & emancip.

Limita: nisi emancipatus intra tempora deliberationis decesserit, ubi quoque ad quemvis heredem jus suum transmittit. Carpz. P. 3. cap. 14. de f. 23. n. 5. seqq.

V.

Emancipatio non contentiose, sed voluntarie est jurisdictionis. l. 2. ff. de offic. præsid. Bocer. in comm. ad Instit. quib. mod. ius patr. pot. tollitur. §. 5. & 6. n. 12. Hinc est, quod emancipare liberos suos nemo cogi possit. §. ult. Instit. quibus modis ius patr. potest. solv. l. non potest. 31. ff. de adopt. adeo ut ne Principis quidem rescripto effici possit, ut pater invitus de sua potestate filium dimittat. l. 4. C. de Emancip.

Limita 1. nisi pater filium durius tractet. l. ultim. ff. si à parent. quis manum.

2. Si pater leno filias velit prostituere. l. si lenones. 12. Cod. de Episcop. op. a. d.

3. Si pater legatum sibi relictum eâ conditione, ut filium emancipet, acceperit. l. si cui legat. 91. ff. de cond. & dem.

4. Si quis à prædone adoptatus minor petat se restitui in integrum, l. 3. §. si quis. 6. ff. de minor.

5. Si impubes arrogatus postea pubes factus respondeat arrogationem sibi esse inutilem. l. nonnunquam 32. ubi gloss. & l. seq. ff. de adopt. vide & l. ult. C. de spectacul. lib. 11. Giphani. ad d. §. 6. Instit. quibus modis ius patr. pot. solv.

Addit 6. Schneidew. ad d. §. 6. num. 7. ut etiam pater possit compelli ad filium emancipandum, propter istas causas, ex quibus ei licet partem exheredare, cum correlativorum sit eadem natura, l. fin. C. de indi. viduit. vid. addit. Hubert. de Bono curs. in tract. de Except. rubr. quib. mod. suo nom. agentes. in verb. emancipare.

De Emendatione Textuum vid. sup. Correctio.